

*Acto Romano Mayor de Juan de*

SACRARVM

CÆREMONIARVM

SIVE RITVVM

ECCLESIASTICORVM

S. ROM. ECCLESIAE

LIBRI TRES.

Hac poitrema Editione magno studio, ac vigilan-  
tia recogniti, aucti & locupletati.

Vniuersis Ecclesiasticis, non tàm iucundi, quàm  
vtiles, & necessarij.

*Delegado de la Real Audiencia  
D. Juan de Salazar  
D. Pedro de Salazar  
na*



VENETIIS APVD IVNTAS,  
M. D. LXXXII.

DOMINO LEONIX.  
PONT. MAX



Etustissimam sacrarum cęremoniarum obseruationem Beatissi. Pater, & vna cum ipsa religione ortā esse conspicuum est. Velut enim hęc mortalibus semper optima, ac summopere, necessaria extitit, vipote, qua Deos immortales suscipere, admirarentur, & colebant, ita sine debito cęremoniarum ornatu inculta est, informis, ac omni pulchritudine vacua. Placet recognitio Principi: Beneuolentia placet: At multo magis gratum obsequium, si & gestuum veneratione, & compositione verborum, & munerū blandimentis afficiatur. Sedet in sublimi solio Rex omnium optimus, circumstant diuinę mentes, quę certatim se illi gratas reddunt, diuersis agitationibus cęli mouentur. Cocunt, partim dissentiunt elementa. Quod suum est agunt alia, & pro temporis varietate mutantur Summa denique consensione, disparibus tamen officijs, sibi ipsi consonat, luoque principio obsequitur vniuersum. Quare mortales quoq;, quos cum Dijs mercaturam quandam exercere Plato commemorat, & pęcipue nos, qui supremi illius splendoris facti sumus, diuina voluntate, participes, candidissimę pietatis purissimiq; sacrificijs, delectum cęremoniarum iniunximus. Quem pia hęc editio tuo dicata nomini continet, quę post tot annos sub tanto principe in lucem prodijisse letatur. Vbi non delphica oracula, neque Thamorę, aut Orphei hymnos, quibus se adeo iactauit Gręcia, non Sybillinos affatus, aut vanam Hebręorum superstitionem, non mutabilem Caldęorum ignem, neq; Ægyptiorum



# SACRARVM CÆREMONIARVM

S. Romanæ Ecclesiæ.

LIBER PRIMVS.

Sectio prima.



De loco conclavis primùm deligendo. Cap. I.



Acra Apostolicæ Sedis, Romaniq; Pontificis Cæremónias, ritus, & obseruationes quibus Summi Pontifices vti consueuerunt, collecturi, congruū arbitramur ab ipsa Romani Antistitis electione inchoare: Si prius locum in quo electio

ipsa celebranda est, descripserimus. Et quamuis Romani Pontificis electio, vbicunq; Pontifex decesserit, ex Gregorij Deci-

Cæremo.

A mi,

CAEREMONIARVM

LIBER SECVNDVS.

De prima Dominica Adventus Domini. Cap. I.



PRIMA Dominica de Adventu consuevit celebrare Camerarius Sanctissimi Domini nostri Papæ, si nō est Cardinalis, si vero est Cardinalis, celebrat Vicecamerarius, si est Episcopus. Quod si non est Episcopus, aliquis ex primis assistentibus Papæ celebrat, qui hora competenti pręueniens ad capellam accipit Pontificalia paramenta coloris violacci, & mitram simplicem, Diacono, &



Subdiacono, planetas, plicatas, ante pectus habentibus. Sermonem facit Procurator Ordinis prædicatorum.

Ordo

in quibus tantum fit cōsistorium, & tempus vacatiæ. Et qñ audientia resumetur, debet intimari curialibus, vt quis possit procurare facta sua.

In Anniuersarijs Pontificú, Cardinalium, siue regum, quando pro eis fit capella.

In die Anniuersario, & coronatione Romani Pontificis, pro tempore existentis.

Item quotiescunque fit publicum consistorium, vel capella. Item quando imperator, Rex, Cardinalis, Legatus ad Curia venit, ante recedit a curia. Et similiter qñ nouus Cardinalis, aut aliquis Magnus princeps venit. Et qñ ordinaria Cōsistoria sunt interrupta: Cardinales non vadunt ad Consistorium nisi vocentur a Papa. Quando autem non sunt interrupta, vadunt semp statutis diebus, etiam non vocati, nisi prohibeantur. Dies vero consistoriales sunt, Secunda, Quarta, & Sexta FERIA, per totum annum diebus supra nominatis exceptis.

F I N I S.

R E G I S T R V M.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z  
Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnes sunt Quaterniones, præter Ee, Quinterniones.



VENETIIS APVD IVENTAS, M D L XXXII.